



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**

**VD16 ZV 206**

Benedictio Candelarum in festo Purificationis Beatæ Mariæ virginis, cum  
Antiphonis & Responsorijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

# BENEDICTIO

CANDELARVM IN DIE PURIFI-  
cationis Sanctæ Mariæ.

**Versic.** Adiutoriū nostrū in nomine domini. **Resp.** Qui fecit cœlū & terram. **Versi.** Dominus vobiscū. **Ref.** Et cum spiritu tuo.

## ORATIO.

**O**remus. Exaudi quæsumus domine plebem tuā, & quę extrinsecus, annua tribuis deuotione venerari, interius assequi, gratiæ tuæ luce cōcede. Per dominū nostrū Iesum Christum filium tuū qui tecum, &c. **Respon.** Amen.

*Lectio Malachiæ Prophetæ 3.*

**H**ęc dicit dominus Deus. Ecce mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem tuam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis: & angelus testamenti quem

B 3 vos vul-



vos vultis. Ecce, venit dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui. Et colabite eos quasi aurum & argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies seculi: & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

**R**esponsum accepit Simeon a spi-

ritu sancto, non visurum se mortem nisi-



nisi videret Christum domini. **E**t

cum inducerent puerum in templū,

acce pit eum in vlnas suas, & be ne-

dixit deum & dixit, **N**unc dimit tis

do mine seruum tuum in pace.

**ORATIO.**

**B** 4 **O**remus.



**O**remus. Bene ✠ dic Domine Iesu  
Christe hanc creaturam ceræ suppli-  
cantibus nobis: & infunde ei, per virtu-  
tē san ✠ ctæ crucis, benedictio ✠ nem  
coelestem: vt qui eam ad repellendas  
tenebras humano generi tribuisti: ta-  
lem signaculo sanctæ ✠ crucis tuæ for-  
titudinem, & benedictionē accipiat:  
vt in quibuscunq; locis accensa, vel po-  
sita fuerit: discedat diabolus & contre-  
miscat, & fugiat pallidus: cū omnibus  
ministris suis de habitationibus illis:  
nec præsumat amplius inquietare vel  
illudere seruientes tibi. Qui viuis &  
regnas deus, per omnia sæcula sæculo-  
rum. **Responsio.** Amen.

**S**upplices quæsumus domine, vt e-  
mittas sanctum Raphaëlē angelū tuū,  
vt, qui euulsit iecur de pisce, & fumo e-  
ius repulit a Tobia, & Sara demonem  
morti-



mortiferū eos infestantē: per huius cere sanctificationē cōterat illū, & disperdat, de cunctis habitationibus deū colētiū: de basilicis: de domibus: de angulis: de lectulis: de reſectorijs: de vniuersis locis, in quibuscunq; famulātes deo, habitāt & requiescūt: dormiunt, vigiliant: ambulāt, & consistūt: nec audeat ille malignus ampliꝰ inquietare, vel pauores immittere super eos, quos facta chris̄matis tui vnctiōne fecisti esse munitos. Per dominū nostrū, &c. **R.** Amē.

**B**ene ✠ dico te cera in nomine sanctæ Trinitatis, vt sis vbiq; diaboli effugatio: atq; omniū contubernaliū suorū exterminatio: adiuuante eadem sancta, & indiuidua Trinitate, quæ in vnitate essentia, viuit & regnat deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**ORATIO.**

**O**remus.



**O**remus. Domine sancte, pater omni-  
 potens, æterne Deus, qui omnia ex ni-  
 hilo creasti, & iussu tuo opera ap̄, hūc  
 liquorē ad perfectionem cere euenire  
 fecisti: & qui hodierna die petitionem  
 iusti Simeonis implesti: te humiliter  
 deprecamur, vt has cādelas ad vsus ho-  
 minū, & sanitatem corporum, & ani-  
 marū: siue in terra, siue in aquis, per in-  
 uocationem tui sanctissimi nominis,  
 & per intercessionē sanctæ Mariæ sem-  
 per virginis, cuius hodie festa deuote  
 celebrantur: & per preces omniū san-  
 ctorum bene ✠ dicere, & sancti ✠ fi-  
 care, digneris: & huius plebis tuę, quę  
 illas honorifice in manibus desiderat  
 portare, teq; cantando laudare, exau-  
 dias voces de cœlo sancto tuo, & de se-  
 de maiestatis tuę: & propitius sis omni-  
 bus clamantibus ad te: quos redemisti  
 precioso sanguine filij tui, **Qui tecum**  
 viuit



viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. **Responsio.** Amen.

*Item benedictio.*

**O**mnipotēs sempiternæ Deus, qui hodierna die, vnigenitum tuum vlnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiendum, præsentasti: tuā supplices deprecamur clementiā: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia suscipientes, gestare cupimus luce accensas bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare: atq; lumine supernæ benedi ✠ ctionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino nostro offerendo, digni, & sancto igne dulcissimæ charitatis succensi: in templo sancto gloriæ tuæ representari mereamur. Per Christū Dominū nostrū. **Respon.** Amen.

**ALIA.**

**O**rem⁹. Domine Iesu Christe, lux vera, qui illuminas omnē hominē veniētē  
in hunc



in hunc mūdū effūde benedi ✠ ctionē  
 tuā, super hos cereos: & facti ✠ fica eos  
 lumine gratiæ tuæ: & concede propi-  
 tius: vt sicut hęc luminaria igne visibili  
 accēsa, nocturnas depellūt tenebras: ita  
 corda nostra inuisibili igne, id est, san-  
 cti spiritus splendore illustrata, omni-  
 um vitiorū cœcitate careāt: vt purgato  
 mentis oculo, ea cernere possimus: quę  
 sunt tibi placita, & nostræ saluti sunt v-  
 tilia: quatenus, post huius sæculi caligi-  
 nosa discrimina, ad lucem indeficien-  
 tem peruenire mereamur. Per te Iesu  
 Christe, saluator mundi, qui in Trini-  
 tate perfecta viuis & regnas Deus.

*Hic pausandum modicum, deinde cantandum  
 in tono præfationis communis.*

**P**er omnia sæcula sæculorum. *Resp.*  
 Amen.



Amē. **V.** Dominus vobiscū. **Respo.**

**E**t cū spiritu tuo. **V.** Sursū cor da.

**Respon.** Habe mus ad do minū.

**V.** **G**ratias aga mus do mino de o

no stro. **Ref.** Dig nū & iu stū est.

**C** **V**ere



**V**ere dignum & iustum est. æ-  
quum & salutare. quia per serenissi-  
mam ac placidissimam stellam geni-  
tricem tuam cuius sacratissimū no-  
men, per ineffabile, & inenarabile  
meri-



meritū, stella maris interpretatur hu-

manum genus illuminare digna tus,

es. Pro hoc maxime gaudio hodie-

na die ouantes, & ideo nostris mani-

bus venerabiliter candelas ferentes,

C 2 & iu-



& incessabili voce clamantes, vt pro

dulcissimo amore, & clementissima in-

tercessione tuæ dignæ genitricis sem-

perque virginis Marię: nos indignos,

sed tamen precioso sanguine tuo re-  
demp-



demptos te æterno, ac vero lumine

facias clementer perfrui.

*Legendum est quod sequitur clara voce. Qui vi-  
uis & regnas, cum Deo patre, in vnitate spiritus san-  
cti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Respo. Amē.*

*Hic aspergantur & thurificentur cerei, dein accen-  
dantur. Antiphona.*

**L**umen ad reuelationem gentium,

& gloriã plebis tuæ Ifrahel. **N**unc di-

**C** 3 mittis



mittis seruum tuum domine secūdū

verbū tuum in pace. **L**umen. **Q**uia

viderunt oculi mei, salutare tuum.

**L**umen. **Q**uod parasti ante faciem

omnium populorum. **L**umē. **G**loria  
patri



patri, & filio, & spiritui sancto. **L**umē.

**S**icut erat in principio, & nunc, & sem-

per: & in sæcula sæculorū, Amē. **L**u.

*Prædicta Antiphona repetenda est post singulos  
versus Psalmi, Nunc dimittis. & dum hæc canuntur,  
distribuuntur cerei benedicti.*

**Ad processionem.**

**A**ue gratia plena, Dei genitrix  
C 4 virgo



virgo, ex te enim ortus est sol iu sti-

cię, illuminans quę in tenebris sunt.

**L**ætare & tu se ni or iuste suscipiens

in vlnas liberatorē animarum nostrarū

donantē nobis vitā & resurrectionē nē.

**Oratio.**



Purificationis.

33

ORATIO.

Oremus. Illumina quæsumus Domine populum tuum, & splendore gratiæ tuę cor eius semper accende: vt saluatorem suum, & incessanter agnoscat: & veraciter apprehendat, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum. & c. **Respon.** Amen.

Antiphona.

**A**d orna thalamum tuum Syon,  
& suscipe regem Christum, ample-  
ctere Mariam, quę est cœlestis  
porta.



porta, ipsa enim portat regem glori-

æ noui luminis subsistit virgo, addu-

cens in manibus filium ante Lucife-

rum, quem accipiens Simon in vl-

nas suas, prædicauit populis do mi-  
num



num de um esse vitæ & mortis,

& salua to rem mun di.

**ORATIO.**

Oremus. Da quesumus domine populo tuo, inuiolabilem fidei firmitatē: vt qui vnigenitum tuum, in tua tecum gloria, sempiternum: in veritate nostri corporis notum de Maria virgine confitentur: & a presentibus liberentur aduersis, & mansuris gaudijs inserantur. Per eundem domium nostrum Iesum Christum &c. **Responsio.** Amen.

**Antiphona.**

**C**um



**C**um inducerent puerum Iesum

parentes eius, accepit e um Simeon

in vlnas suas, & benedixit eum, di-

cens. **N**unc dimittis do mi ne

seruum tuum in pace.

Deinde canitur Psalmus.

**B**enedi-



## Purificationis.

37

**B**enedictus dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. qui à sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iurandū quod iurauit ad Abraham patrem nostrū, daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionē peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria patri, & filio, & spiritui, sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

**Et si uenerit in quadragesimam, tunc sine, Gloria patri. cantatur. Versiculus. Dominus vobiscum.**

**Respon.** Et cum spiritu tuo.

**D Oratio.**



## ORATIO.

Oremus. Perfice in nobis, que sumus,  
domine gratiam tuam, qui iusti Simeo-  
nis expectationem implesti: ut sicut ille  
mortem non vidit, priusquam Christum  
domini videre mereretur: ita, & nos vi-  
tam obtineamus eternam. Per eundem do-  
minum nostrum. &c. **Respo.** Amen.

In eodem festo Responsorium.

**G**aude maria virgo, cunctas he-

refes sola interemisti, que Gabrie- lis

archangeli dictis credidi sti. **D**um  
virgo



virgo deū & hominē genui sti, Et

post partū virgo inuiola ta permanfi-

sti. **Versus.** Gabrie lem archange-

lum credimus diuinitus te affatum,

terum tuum de spiritu sancto credi-

D 2 mus



mus impregna tum. Erubescat Iu-

dæus infœlix qui dicit Christi ex

Ioseph semine esse natum. **D**um.

**G**loria patri, & filio, & spiritui sancto.

**D**um virgo deum & hominem ge-

Inuio-



**I**nuiolata, intacta, & casta es Ma-

ria. **Q**ue es effecta fulgida cœli porta.

**O** mater alma Christi charissima.

Suscipe pia laudum prece nia.

Nostra vt pura pectora sint & cor-  
D 3 pora.



pura. **Q**uæ nunc flagitant deuota

corda & ora. **T**ua per precata dul-

ci fo na **N**obis concedas veniam

per sæcu la. **O** benigna quæ sola in-

uiolata permanfisti.

**BENE.**